

E T H I C A E  
CHRISTIANAE 9<sup>o</sup> C.  
EX SACRA SCRIPTVRA  
Sanctisq; Patribus contextæ.

# PRAELVSIQ.


A U T H O R E

DIDACO DE ROSIS  
E SOCIETATE IESV

Sacrae olim Theologiae Professore.



R O M Æ,  
Ex Typographia Ludouici Grignani, M. DC XLV.  
*Superiorum permisſu.*



N. N. PISSIMO.  
AC  
ERVDITISSIMO  
V I R O.

Ludouicus Grignanus. S.



I moræ impatiens es, vte-  
re interim hac P R A E-  
L VSIONE. Ethicam  
ipsam, quam petis, paulo  
post, absolutam ad te mit-  
tam. Vale.

# C A R O L V S S . A N G R I V S

Societatis Iefu Vic. Generalis.

**C**VM opus, cuius titulus, Ethica Christiana ex Scriptura sacra, San-  
ctisq; Patribus contexta, in quatuordecim libros distributum,  
P. Didaci de Rosis nostrę Societatis, tres eiudem Societatis Theologi  
recognouerint, et in lucem edi posse probauerint; facultatem concedi-  
mus, ut cypis mandetur, si ijs ad quos spectat, videbitur. Datum Ro-  
me 22. Augusti 1645.

Carolus Sangrius Vic. Gen.

Locus      Sigilli

Imprimatur, Si Reuerendissimo Mag. Sac. P. A. videbitur.

A. Sacratus Episcop. Com. Vicefg.

**E**Gregium opus Ethicę Christianę à P. Didaco de Rosis Societatis  
Iesu compositum, ex prescripto Reuerendiss. P. M. S. P. A. vidi,  
perlegi, ac attentè consideravi, expendiq; prèter doctrinam, quam Ca-  
tholicę Romanę Ecclesię consentaneam continet, spiritum etiam apo-  
stolicum redolere, atque noua methodo Selectisq; Sententijs aptè collig-  
atis ad mores hominum componendos, et piorum affectum insin-  
mandum valdè esse idoneum. Quapropter et ad communem utilitatem  
imprimi, et ab omnibus etiam suscipi debere censeo. In fidem, et te-  
stimonium me subscripsi. Dat. in nostro Conuentu Sanctorum Duo-  
decim Apostolorum Romę 14. Septemb. 1645.

F. Fabius Syrins à Monte Regali  
Minorita Conuent. Doct. Theolog.

Imprimatur, F. Hyacinthus Pandulphus Reuerendiss. P. F. Vin-  
centij Candidi Vicarij Generalis Ord. Prædicatorum, & S. P. A.  
Mag. Socius.

Totius

# Totius Operis Argumentum.



PTIMA, <sup>a</sup> pulcherrima, & iucundissima res, est Felicitas, & bonum maximè omnium expetendum; est enim finis ultimus, <sup>b</sup> de cuius ratione est, ut ita impleat totum hominis appetitum, quod nihil extra illū appetēdum relinquitur: immo omnia, quæ homo appetit, necesse est, quod propter ipsū appetat. <sup>c</sup> De nomine Felicitatis inter omnes ferè constat, de Felicitate vero quenam sit dēsentientiunt: quantum enim ad rationem ultimi finis, omnes conueniunt in appetitu ultimi finis, quia omnes appetunt suam perfectionem impleri, quæ est ratio ultimi finis; sed quantum ad id, in quo ipsa ratio inuenitur, non omnes homines conueniunt in ultimo fine: nam quidā appetunt diuitias tanquam consummatum bonum, quidam vero voluptatem, quidam verò quocunque aliud. Sicut & omni gustui delectabile est dulce, sed quibusdam maximè delectabilis est dulcedo vini, quibusdam dulcedo mellis, aut alicuius talium. Illud autem dulce oportet simpliciter esse melius delectabile, in quo maximè delectatur, qui habet optimum gustum: similiter illud bonum oportet esse completissimum, quod tanquam ultimum finem appetit, habēs affectum bene dispositum. Verum quia de illa felicitate agimus, quam colligimus ex principijs, non solum cognitis naturæ lumine, sed etiam diuinitus acceptis, ac perinde de felicitate, quam etiam viribus, naturam excedentibus consequi possumus, tam priuata singulorum, quā publica omnium; dum via monstratur, qua ad veram in hac vita felicitatem itur, via etiam indicatur, qua ad felicitatem pergitus sempiternam: optimus enim modus, quo ultimus noster in hac vita possidetur, medium

<sup>a</sup> Aristot. 1.  
Nichom. c. 6.7.  
& 8.

<sup>b</sup> S.Th. p. 2.  
q. 1. a. 5.

<sup>c</sup> Aristot. p.  
Nicom. c 4.  
d S.Th. p. a.  
q. 1. a. 7.

medium est & via , qua comparatur perfecta possessio  
eiusdem vltimi finis in futura æternitate .

Videndum igitur prius, in quo verè reperiatur ratio  
vltimi finis, & veræ felicitatis nostræ, deinde inuestigan-  
da via , qua perfectissimè in hac vita consequi possimus  
id, in quo ratio vltimi finis, & veræ felicitatis nostræ re-  
peritur ; in prima quidem parte , felicitatis priuatæ singu-  
lorum ; in secunda vero, publicæ, ipsius videlicet hu-  
manæ societatis . Verum, quoniam inuenio fine, &  
inuestigata via, difficultas superest maxima, in amouendis  
impedimentis, quæ nobis, ne ad vltimum perueniamus  
finem, opponuntur : idcirco operam præcipuam pone-  
mus, in ijs impedimentis, & offendiculis tollendis .

<sup>a S. Th. 2.12.</sup>  
<sup>b q. 123. 2x5.</sup> Dupliciter autem impeditur voluntas humana , ne  
rectitudinem rationis sequatur, hoc est, ne viam teneat,  
quam recta ratio præscribit ad nostram perfectam beat-  
itatem consequendam ; uno modo per hoc, quod at-  
trahitur, ab aliquo delectabili, ad aliquid aliud, quam  
rectitudo rationis requirat : & hoc impedimentum re-  
mouet virtus Temperantiae generaliter acceptæ ; sed  
nos remouere conabimur , ostendendo fictas , & fal-  
sas esse delectationes, & voluptates, rectæ rationi con-  
trarias ; at veram ex opposito tristitiam, verosq; dolo-  
res, qui sub his falsis voluptatibus continguntur . Alio  
modo per hoc , quod voluntas repellitur ab eo , quod  
est secundum rationem, propter aliquod difficile quod  
incumbit ; & ad hoc impedimentum repellendum , re-  
quiritur Fortitudo mentis: sed præstandum nobis erit,  
demonstrando, fictos esse labores, & dolores iustorum, e  
contra vero solidas, ac veras, spirituales delicias, quibus  
etiam in hac vita perfruuntur illi , qui viam seftantur  
veræ felicitatis .

Ratio scribendi , non planè noua, nec visitata satis &  
peruulgata . Iustum Lipsium videmus, Ciuilem doctri-  
nam tradere, <sup>b</sup> inuentione tota & ordine suis , sed ver-  
bis ac sententijs, variè à scriptoribus priscis, conquisitis .

Erudi-

Eruditis eum sapiētibus credimus satisfecisse, qui quod  
ipse paucis verbis complectitur, mente assequuntur, si-  
ne magna temporis, atque commodi iactura. At nos  
etiam insipientibus debitores sumus: idcirco, ne firma-  
mentum, & vigor ille deesset, quem secum verba ferunt  
Doctorum sententias illorum, proprijs etiam ipsorum  
verbis tradidimus: nam <sup>a</sup> quod ego eadem dicerem,  
ecquando mihi eadem vis, aut fides? Atq; hac ratio-  
ne, stylus non multiplicatus, sed breuitati, in tanta  
præcipue scribentium multitudine, maximopere con-  
sultum. Si enim tritum modum sectati fuissimus, non  
defuisisset stylus Scriptoris; quo addito, dici non potest,  
quantum creuisset opus, ut cōsideranti perspicuum est.  
Quo autem facilius doctrina tota ab omnibus percipi  
posset, ac memoria retineri; ratiocinationes singulas,  
de singulis propositis, ex pluribus authorum vocibus  
colligatis; & iunctis concinnauimus, ac si vnu loquere-  
tur, communando, detrahendo, aut addendo verba,  
prout rei opportunitas exigebat, sine villa characteris di-  
stinctione, ne maxima sensus perturbatio oriretur. Hac  
ratione Princeps Apostolorum, alijq; Apostoli, hac Ber-  
nardus, diuinæ scripturæ sententij, vii sunt. Qui  
mera Doctorum verba desiderat, Authores consulat,  
quos notamus in margine. Nam multum quidem au-  
thoritati tribuimus, sed maximi rationum momenta  
pendimus. Verum ipsamet ratio, veluti telum quod-  
dam, aut gladius, multum interest à qua manu veniat,  
& vt penetrret, valde facit, robustæ alicuius receptæ au-  
thoritatis pondus: atquiea veteribus adest. Itaque  
quotiescumque voluerit, poterit quilibet, velut in do-  
ctorissimorum virorum conuentu residere, illorumq; de  
re proposita sententias, sine magna temporis iactura  
audire, ab illis corripi, doceri, institui: ad id, quod sibi  
expedit prosequendum excitari, & accendi, atq; ab ijs  
qua nocent, & offendunt, reuocari, & absterrei.

a Lipsius vbi  
supra.

Omisimus sciētes & volentes, quæ de virtutibus per-  
uulgata

uulgata sunt , ne actum ageremus . Re tamen vera  
præcipua quæq; à naturalium rerum indagatoribus tra-  
di solita, ad Ethicas institutiones pertinenia, sufficien-  
ter indicata sunt. Quibus quamplurima ex Theologia,  
Sanctis Patribus, & Diuina scriptura sunt addita .



ETHICAE

# ETHICAЕ CHRISTIANAЕ

LIBER PRIMVS.

TOTIVS OPERIS

PRAE LUV SIO.

An Amandum. Caput I.



ON<sup>a</sup> vobis dicitur ò homines, nihil ametis. Absit, pigri, mortui, detestandi, misericordias, si nihil ametis. Amate. Errant, & vehementer errant homines, & hic maximus errorum, fons errorum omnium, ac dolorum est<sup>b</sup>. Non sentiunt deo in bonitate, neque cogitare illum credunt cogitationes pacis. Peruersæ quodammodo ac inuidentis, eum sibi singunt naturæ, quasi vero malis ipse nostris oblectetur, prohibeatq; nobis delectationes, atque delicias nostras, miserosque nos velit, omni vacuo voluptate, quam possimus ex sensibilibus percipere. Pulchras, inquiunt, formas, nitidos, & amoenos colores amant oculi nostri, dulces melodias suauium cantilenarum omnimodarum exoptant aures, libentius nihil, quam membra acceptabilia carnis aplexibus tangitur, blanditias lascivientium querit voluntas. Hæc autem cum amicitia Dei stare non possunt: qui enim hæc sequitur, illuc inimicus Dei constituitur. Si prohibet ergo Deus nobis delectationes nostras, prohibebit omnino nobis, & auctoré nostrum: <sup>c</sup> gaudium enim, & delectatio, ex amatæ rei præsentia nascitur. O stulti, & tardi corde, <sup>d</sup> ò putredo, monstru vita, & mortis profundum. <sup>e</sup> Non habet amaritudinem conuetatio Fœi, sed suavis Dominus vniuersis; <sup>f</sup> immò laborantes, & sensibilibus doloribus oneratos ipse vocat, vt reficiat. <sup>g</sup> Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestre non confundentur. Facultates nostras ipse condidit, ad actus, & operationes suas eliciendas, illas ordinavit. Quæ autem præstantiores in homine

<sup>a</sup> Aug. in  
Psal. 31.

<sup>b</sup> Proverbi  
29.

<sup>c</sup> Aug. lib.  
ic. confes. c.  
14.

<sup>d</sup> S. Th. p. 2.  
q. 2. q. 2.

<sup>e</sup> Aug. lib.  
<sup>f</sup> conf. c. 7.  
<sup>g</sup> Sapient. c.  
8.  
<sup>h</sup> Psal. 44. 6.  
<sup>i</sup> Mauth. 11.  
<sup>j</sup> Psal. 33.

## 2 ETHICÆ CHRISTIANÆ

facultates, præter voluntatem, ac mentem? quid voluntatis non  
 quod ab intellectu proponitur, sequitur? quia voluntatis magis  
 præcipua operatio, quam amare? quid magis illi proprium, quæ  
a ad Rom. c. I.  
b Aug. lib. 4 conf. c. 4.  
c Matt. 4.  
d Ps. 33.  
e Aug. in. 26. 31.  
 de re amat, præsentē gaudere? sunt sine pœnitentia dona Dei,  
 nec destruit ipse opus suum, quod fecit, sed qui creavit, ipse  
 portat, nutrit, ac perficit. Non tollit ipse facultatum nostrarū  
 actus, sed mutat obiecta. Non destruit pescatores, sed pescato-  
 res piscium, facit fieri pescatores hominum: amatores deficien-  
 tium, & corruptibilium bonorum, facit fieri amatores veri, ac  
 summi boni. Gustate igitur, & videte, quoniam suavis est  
 Dominus. Amate Amate, sed quid ametis videte.

### *Quid Amandum. Cap. II.*

f 5. Aug. de subst. dilect. & am. 4.  
**Q** Vando igitur humana mens sine amore esse non potest,  
 vt seipsum, aut certè aliquid à se, diligit necesse est. Quia  
 verò in se ipsa perfectum bonum non inuenit, si se solam diliges-  
 ret, felix amor non esset. Oportet ergo, si feliciter amare desи-  
 derat, vt aliud aliquid præter se, quod amet, inquirat. Si autem  
 imperfectum aliquid extra se amare cœperit, amorem quidem  
 suum irritat, sed miseriam non excludit. Feliciter ergo non di-  
 ligit, donec ad unum, & summum bonum per amoris desiderium  
 se conuertat. Et quia summum, & unum bonum, solum est Deus;  
 ille feliciter amat, qui Deum amat, & tantò felicius, quantò am-  
 plius. Hæc igitur est cordis nostri requies, cum in amore Dei,  
 per desiderium figitur, nec ultra quidquam appetit, sed in eo  
 quod tenet, quadam felici securitate delectatur. Quando enim,  
 nec appetitus ultra protrahit, nec timor repellit, quodanmodo  
 in idipsum, iucunditatis inhalatione dormit, & requiescit.

g 5. August. pf. 31. h Idem de subst. dilect. & am.  
**4** 5 Purga igitur, purga amorem tuum. Aquam fluentem in  
 cloacam, conuerte ad hortum; quales impetus habebas ad mun-  
 dum, tales habeas ad artificem mundi. Amor est delectatio  
 cordis alicuius ad aliquid, propter aliquid desiderium in appen-  
 tendo, & gaudium in perfruendo: per desiderium curtens, re-  
 quiescens per gaudium. Hinc bonum est, & hinc cor tuum  
 humanum malum est, quia nec aliunde bonus es, nec aliunde  
 malus es, si malus es; nisi quod bene, vel male amas, quod bonum  
 est. Nam omne quod est, bonum est, sed cum id, quod bonum est,  
 male amatur, illud bonum non est, & hoc malum.

et

# LIB. PRIMVS CAP. II.

3

<sup>a</sup> Igitur, nec qui amat, malum est, nec quod amat, malū est; sed quod male amat, malum est. Ordinate ergo Caritatem, & iam malum nullum est.

<sup>b</sup> Fluat aqua, ascendit ignis, lapis descendit, ponderibus suis aguntur omnia, & loca sua in quibus melius se habent, naturaliter pertinet. Id amor in voluntate, quod fluiditas in aqua, lenitatis in igne, gravitas in lapide. <sup>c</sup> Amor meus pondus meum, illo fetor, quocumque fetor. Recta, ad loca sua tendunt, quæ à natura mouentur, si obex non opponatur, qui à recta deflectere cogat: circuit aqua, quia lapis, aut terra opponitur. Quid centrum? Quid sphaera cordis? <sup>d</sup> quid, obiectum amoris; nisi Pulchrum, ac Bonum? sed verum, ac sumimum, finis ultimus est, & locus, in quo perfectè quiescimus. Ad verum igitur & sumimum bonum, ac pulchrum, recta tendit, natura ipsa impellente, nostra voluntas, si non obex, falsum scilicet pulchrum, deficiens aliquod bonum opponatur, quod à recta deflectere, <sup>e</sup> ac in circuitu impios ambulare compellat. Dumi enim Deum, ad quem facti sumus, querimus, ut inquietum cor nostrum in ipso requiescat, ( quoniam animalis homo, qui sensibus ducitur, Deum ipsum, qui spiritus est, percipere non potest, voluntati que proponere ) <sup>f</sup> in ista formosa sensibilia, quæ videmus, ab illo facta, deformes irruimus; Et sic fit, ut ea nos longè teneat a Deo, quæ si in Deo, & a Deo ipso non essent, non essent: & in tenebris ambulans exca voluntas, nesciat quò quo vadat, ac expilsum per abrupta rapiatur cupiditatum, atq; mergatur gurgite flagitorum.

<sup>a</sup> Aug. lib.  
<sup>b</sup> cōf. 11.

<sup>b</sup> S Th. p. 1.  
q. 7. a. 1.

<sup>d</sup> Aug. lib.  
10. cōf. 1. a. 7.

6

Purgandus amor. Actus ab obiecto desumunt speciem, aut euripiūdinem suam. Pulchra dilectio, verum pulchrum, ac bonum respicit; Turpis, apparens, ac deficiens bonum. Purgatur Amor, cum ad suum verum ordinatur obiectum: mortale, ac deficiens pulchrum, cloaca est: aquam fluentem in cloacam, conuerte ad hortum, incorruptibile scilicet, & summum bonum, ubi ver æternum, æternū flores.

Pro <sup>e</sup> hac pulchritudine Martyres seculum calcantes, sanguinem fuderunt. Quid amabant, quando ipsis omnibus reauerbiabant? num enim illi, non erant amatores, aut hoc vobis dicimus, ut non ametis? Qui non amat, friguit, obrigit. Ametur, sed illa pulchritudo, quæ mentis oculos querit: ametur, sed illa pulchritudo, quæ iure laudatur. Delectet vos, & rogatet Dominum, ut delectet illa pulchritudo, per quam pulchra sunt om-

<sup>e</sup> Aug. in  
pt. 1. a. 2.

## 4 ETHICÆ CHRISTIANÆ

**nia, quæ oculis placent.** Huius nos amatores profiteamur, & quando nos reprehendunt homines in his rebus, in quibus, et quam diligimus, placemus, parvi illos faciamus, nec curemus eos, putates nobis sufficere, quod eius oculis placemus, ad quam solam pulchritudinem pulchrorum oinnium affectamus.

**7** **Æternum bonum amandum nobis est;** nam quod amas ad tempus, quid proderit? aut subtranheris illi, aut subtrahitur tibi: cum fueris tu subtractus, perit amator; cum fuerit illud subtractum, perit quod amasti. Vbi ergo aut amator perit, aut quod amatur, non est amandum. **Quid est amandum?** quod nobis cum potest manere in æternum.

<sup>a</sup> Aug. 50.  
Hom. 37.

### *Quid nomine Pulchri, ac Boni. Cap. III.*

**8** **P**ulchrum, <sup>b</sup> & Bonum, in subiecto quidem sunt idem, quia super eandem rem fundantur, scilicet super formam; sed ratione differunt; quia Bonum propriè respicit appetitum; est enim Bonum, Id quod omnis appetunt, & idem habet rationem finis: nam appetitus est quasi quidam motus ad rem. Et sic de ratione boni est, quod in eo quietetur appetitus. Pulchrum autem ut sic, respicit vim cognoscitivam; Pulchra, enim dicuntur, quæ visa, vel cognita placent; unde Pulchrum, in debita proportione consistit, & de ratione illius est, quod in eius aspectu, seu cognitione, quietetur appetitus: Vnde, & illi sensus præcipue respiciunt pulchrum, qui maximè cognoscitivi sunt, scilicet Visus, & Auditus.

**9** Pulchrum in genere dici posset, Quod per sui cognitionem, seu apprehensionem delectat. Pulchrum incorporeum, Quod per cognitionem tantum spiritualem delectat; corporeum vero, Quod per Vism, Auditumq; delectat; Et sic supra Bonum, addit Pulchrum, ordinem ad vim cognoscitivam, ut Bonum dicatur, Id, quod simpliciter complacet appetitui; Pulchrum autem dicatur, Id, cuius ipsa apprehensio placet, sive per sensum, sive per intellectum fiat; Quod benè appellabis <sup>c</sup> Boni splendorē in ijs, quæ Oculis, Aure, aut Mente percipiuntur. Per quid autem constituitur aliquid in ratione boni & appetibilis, nisi per sui perfectionem? <sup>d</sup> Vnumquodque enim est appetibile, secundum quod est perfectum: in tantum autem est perfectum, in quantum scilicet actu perfectionem omnem habet, quam

<sup>c</sup> Plato in Cratyle;

<sup>d</sup> S.Th p.p. q.s.a.

quam habete, secundum suam naturam, potestis quam deinde perfectionem, appetitus appetit, vel ut eam particeps, vel ut in causa, tanquam in aliquo sibi connaturali, & proportionato conquisescat. Omnia enim appetunt suam perfectionem, & ad illam natura ipsa impellente tendunt, à quibus perfectionem suam habere possunt. • hoc ieronimus in eam dicitur quod videtur  
crederi hinc inuisum est beati recognoscere quod est in illis. sed q  
dicitur etiam.

### *Quid summum Bonum? Cap. IV.*

Vide Eccl, qua loquor, audiat Terra. Testes cœlum,  
**A**ac terram appello, & reliqua, quæ Cœli ambitu continentur. Non habeo in consilio trimpiorum, qui Deo conantur tollere, querâ nentius dâ bonorem suum. Quid bonum? b Nemo bonus, nisi solus Deus, qui solus bonum sumnum, & per essentiam. c Bonum in nullo penitus, nisi in unico Deo, immo ipsum bonū, Deus ipse semper, d reliqua enim dicuntur bona, in quantum participant sumnum, per modum eiusdem assimilationis. Deus autem verè bonus, quia verè, quem omnia appetunt, utpote perfectum, e à quo tanquam a prima causa effectiva omnium, habent omnia, & expectant perfectionem suam. f Aperi de him manum suam, & implet ens omne benedictione, auertente autem ipso faciem, omnia turbantur; auertere spiritum, deficiunt & in nihilum suum reverteruntur. g Sumnum bonum Deus, non in aliquo genere, vel ordine, sed simpliciter, extra genus, principium omnis generis, genera omnia excēdens. Si enim Deus bonum, quia omnes perfectiones expetibiles effluunt ab eo: si fluunt, igitur continentur, non quidem formaliter, quia non causa vniuoca, sed excellentissimo modo, hoc est eminenter. Sumnum igitur bonum Deus, quia omnes continent perfectiones, seu rationes bonitatis, à quolibet ente expetibiles, & modo illas continent perfectissimo.

Nec solum bonum sumnum, sed etiam per essentiam; vnum quodq; enim dicitur bonum, secundum quod est perfectum: h perfectio autem alicuius rei, triplex est; prima quidem, secundum quod in se esse constituitur: secunda vero, prout ei aliqua accidentia superadduntur ad suam perfectam operationem necessaria: tertia vero perfectio alicuius est, per hoc, quod aliquid aliud attingit, sicuti finem, Ut pote prima perfectio ignis, consistit in

10

a Ps. I.

b Luc. c. 19.

c Trimeg. 6.

Pyramidl.

d S. Th. p. p.

q. 4. a. 2.

e Ibidem.

art. 4. 1.

f Ps. 34.

g S. Th. p. p.

q. 4. a. 2.

I

h S. Th. p. p.

q. 6. a. 3.

## 6. ETHICA CHRISTIANA

sistit in esse, quod habet per suam formam substantialis. Secunda eius perfectio consistit in caliditate, levitate, & siccitate, & huiusmodi. Tertia vero perfectio eius est, secundum quod in loco suo quiescit. Hec autem triplex perfectio, nulli enim creato competit secundum suam essentiam; sine dubiis enim velim, non solum quodlibet ens creatum concipi, sed etiam existere potest. Esse vero perfectum, per quod ens creatum constituitur, etiam ab aliò tecipit, scilicet à producente. Solus autem Deus triplicem dictam perfectionem, secundum suam essentiam habet. Essentia enim eius, est suum esse: cum esse Dei, nec ab essentia ipsius præmanet; implicat enim idem suum esse produceret; nam ad hoc ut producat, necessariò debet presupponi esse. Neo esse Dei, ab alio producitur, utpote in creatum; & prima causa. Accidentia autem nulla in Deo; Deo enim essentia sicut Sapientia, Potentia, & cætera conueniunt, quæ rebus creatis accidentia sunt. Ipse etiam ad nihil aliud tanquam ad finem ordinatur, sed omnia ad ipsum.

Cum itaque solus Deus omnimeam perfectionem, secundum suam essentiam habeat, solus ipse bonus per essentiam erit. Dei quasi essentia, Bonum, Pulchrum, Imo, Bonitas Dei, essentia Dei, sed bonitas summa, & simpliciter non secundum partem, vel in aliquo determinato genere, & cù addito. Invenio enim in creatura, Cœlum bonum, Solē bonum, Lunam bonam, Stellas bonas; omnia ista dico bona, sed tamen cum suis nominibus, Cœlum bonum, Angelum bonum, Hominem bonum; ad Deū autem cum me refero, puto nihil melius dicere, quam Bonum. Quale autem bonū? Omnis boni bonum; Vnde omne bonū, Bonum nullo indigens bono. Bonū, cui non additur, quid sit, nisi ipsum Bonum, Summum scilicet, & per essentiam.

### Quomodo reliqua sint bona. Cap. V.

13

**O**mne etsi in quantum ens est, est bonum; in quantum enim est ens, est in actu, & quodammodo perfectum; omnis enim actus, perfectio quadam est; perfectum autem rationem habet appetibilis, igitur, & bonitatis. Quo ergo plures in ente repertuntur perfectiones, eò plures rationes appetibilitatis, eò magis bonum. E contra, quod pluribus caret perfectionibus, quarum est capax, eò minus bonum, ac magis malum.

a Trismeg.  
b Pymand.  
b Aug. in  
¶ 34.

c Aug. in  
¶ 36.

d S.Th. p.p.  
q.3. art. 3.

# LIB. PRIMUS CAP. V.

malum; Nihil igitur, omnino bonum, nisi solus Deus, quodlibet enim aliud, aliquo modo malum, aliqua scilicet perfectione priusatum, immo plerumque priusatum perfectionibus. Nullum igitur ens, esse tam bonum potest, quam Deus unicus; is enim, ipsum bonum est, nesciis quidquam praeter Bonum, nullam scilicet, perfectionis alicuius priuationem dicens; sicut aliquae omnia, quae aliud quidquam praeter bonum, id est, malum, quia permultas habent bonorum priuationes.

a Trism. Py.  
mandt s.

¶ Cœta itaque non adquætè, & simpliciter, sed in aliquo genere, & secundum aliquid Bonum, & hoc ipsum determinatum bonum, non per essentiam, sed peri participationem Summi boni, secundum aliquam assimilationem. ¶ Ait vero Dei tam amplexa est Bonitas, quam existentia rerum omnium, cum sensibilium, et in intelligibilius; tam actualium, quam possibilium, quarum omnium perfectiones continet. Cœte itaque ne quando dixeris aliud quidquam bonum; Prophanus enim hic foret error; Sermone igitur ab omnibus Bonum pronunciat, quid tamen sit, non ab omnibus intelligitur; & idcirco Deus non cognoscitur ab omnibus, verum propter ignorantiam nonnullos, bonos nominant.

b Trism. 2.  
Pymand.

Reliqua, honorata nomine Boni, Deus autem Bonus non secundum honorationem, sed ipsa sui natura, una enim Dei natura est, ipsum scilicet Bonum. Bonus enim porrigit vniuersa, neque accipit quidquam, Deus exhibit omnia, capit nihil, nullius est genus, omnibus præstans. ¶ Bonum, quo omnia bona, & bonum semper; nec cuiusquam indiget; ut adaptionem illius appetendo, maius fiat; neque iactura cuiusquam in eum cadit vñquam, ut post damnum, dolore afficiatur. Igitur solus Deus Bonum, Bonum Deus, Bonum bonorum omnium; Cœtera autem, potius comparatione mali, Bonum; Id quippe, quod non nimis malum, quodue minus malum, Bonum in creatis appellamus. Quo fit, ut Bonum nostrum, nihil aliud sit, quam mali portio minima. Vnde illud etiam sequitur, ut bonum huiusmodi creatū, à mali separatum esse non possit, & inquietetur hoc bonum, ad missione malorum. In solo igitur Deo purum Bonum, immo Deus solus, Bonum ipsum existit, omnem proslus veræ bonitatis, & perfectionis priuationem excludens.

c Aug. lib. 1.  
confess c 4.  
d Trismeg.  
6. Pymand.

e Ibidem.

14

15

An,

2 ETHICÆ CHRISTIANÆ

*An. & quomodo creata in Deo. Cap. VI.*

16

a Aug. lib.  
4. conf. 11.

**O** Si cognoscerent te homines, Deus. Mirantur hęc; quæ valde bona fecisti, quia te non vident, qui hęc fecisti. Plus delectant omnia, quam singula, si possint gustari simul omnia. Ex creatis, impossibile est quia amplissima gula, & occupare plura, sequentia uice in impedientibus non delectant; sed in te Bone omnipotens, sume uia in omnia, b<sup>a</sup> in te enim perfectiones omnium rerum, qui es, vniuersaliter perfectus; quia nulla tibi deest nobilitas, quæ reperiatur in aliquo genere: quid enim perfectionis est in effectu, oportet inueniri in causa effectiva, vel secundum eandem rationem, si sit agens vniuocum, vel eminentiori, & perfectiori modo, si sit æquiuocum. Cum tu ergo sis prima causa effectiva rerum omnium, necesse est, in te perfectiones omnium rerum eminenter præexistere; & cū tu sis ipsum esse subsistens, nihil tibi de perfectione essendi potest esse. c Nihil est in omni natura, quod Deus non sit. Est ille siquidem, quæ sunt; est ille etiam, quæ minime sunt. Quæ quidem sunt, deduxit in lucem; quæ non sunt, occulit in se ipso. Hic Deus, incorporeus, hic (vt ita dixerim) multicorporeus. Nam nihil in corporibus est, quod ipse non sit. Omnia enim ipse solus existit. Nam ex te Dei omnia producta; per te omnia conseruantur; in te, omnia perfectissimo modo existunt. Tu fecisti omnia, Cœlum & Terram, & vniuersa, quæ Cœli ambitu continentur; non autem tecisti, & abiisti, sed ex te omnia, & in te sunt omnia; & si in te non essent, non essent. In te enim vivimus, mouemur, & sumus; & tu in nobis per essentiam, praesentiam, & potentiam. In D<sup>e</sup>o sunt omnium rerum perfectiones, & deliciae, sed sine imperfectione, sine defectu, sive intellegibilium, sive sensibilium, & corporearum.

<sup>17</sup> *¶ Quid enim amo, cùm Deum amo? Non quidem speciem corporis, non decus temporis, nec candorem lucis, istis amicūm oculis, non dulces melodias suauium cantilenarum omnino modarum, non florū, & vnguentorū, & aromatum suauolentiam, non manna, & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo, cùm amo Deum meum, & tamen amo quandam lucem, quandam vocem, & quandam odorem, & quandam cibum, & quandam amplexum, dum amo Deum.*

Deum meum; lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei. Vbi fulget anima mea, quod non capit locus; & vbi sonat, quod non rapit tempus; & vbi olet, quod non spargit fatus; & vbi sapit, quod non minuit edacitas; & vbi heteret, quod non diuellit satietas. Hoc est quod amo, cum Deum meum amo. In creatis, sparsa bona & imperfecta; in Dœo, vnu omnia, & perfectissima.

<sup>a</sup> O Deus summe, optime, potentissime, omnipotentissime, misericordissime, & iustissime, pulcherrime, & fortissime, stabilis, & incomprehensibilis, immutabilis mutans omnia; nunquam nouis, nunquam vetus, innouans omnia, & ad vetustatem perducens superbos, & nesciunt: semper agens, semper quietus; colligens, & non egens; portans, et implens, et protegens, creans, nutriendis, & perficiens. Quæris, cum nihil desit tibi: amas, nec aestuas: zelas & securus es: penitet te, & non doles: irasperis, & tranquillus es: opera mutas, nec mutas consilium: recipis, quod non inuenis, & nunquam amittis. Nunquam inops, & gaudes lucris. Supererogatur tibi ut debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita, nulli debens; donas debita, nihil perdés. Et quid dicimus, Deus meus, vita mea, dulcedo mea sancta; aut quid dicit aliquis, cum de te dicit? ut vobis tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt, pulcherrime omnium; creator omnium, Deus omnium, Deus bone; Deus summum bonum, & bonum verum meum, qui bona contines omnia. <sup>b</sup> In te omnia, abstéma Trist. Py. maud. 5.

### Quod Bonum nobis amandum: Cap. VII.

**B**onum tuum quære ò anima, est enim bonum aliud alterius, & omnis creatura habet bonum suum. Quære tuum bonum. Summum Bonum, hoc est Bonum tuum. Quid ergo deest, cui Summum Bonum, bonum est? Sunt etiam inferiora Bona, quæ alijs & alijs bona sunt. Pecori quid bonum est? nisi implere ventrem, carere indigentia, dormire, viuere, sanum esse, generare? Tale tu bonum quæreris? coheres Christi, quid gaudes? quia socius es pecorum? Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium. Ipse erit bonum tuum, à quo

# IO ETHICÆ CHRISTIANÆ

tu in tuo genere factus es bonus, & omnia in suo genere facta sunt bona.

**2 0**

a S.Th. t. 2.  
q. 1. a. 5.

b Idem ibi-  
dem art. 5.

Bonum, est quod omnia appetunt, & habet rationem similitudinum. Bonum tuum, quod ultimus finis tuus, & ita implet appetitum tuum, qd nihil extra ipsum appetendum relinquatur: & ideo impossibile est, quod voluntas tua simul se habeat ad diversa, sicut ad ultimos fines, & b necesse est, quod omnia quæ appetuntur appetas propter ultimum finem; semper enim virtus prima intentionis, quæ est respectu ultimi fruis, manet in quolibet appetitu cuiuscunque rei, etiam si de ultimo fine actu non cogitur; sicut non oportet, ut qui vadit per viam, in quolibet passu cogiter de fine. Cœcta, omnia & cœienda, non possunt impletere appetitum tuum, semper enim præter ipsa, infinita creabilia relinquuntur appetenda; immo neque creabilia omnia, si omnia simul habere posset, cum implete possent appetitum, relinquuntur enim appetendum ipse Deus, qui solus inexplicabilis ratio ne, omnibus, quæ producili possunt, præstantior, infinitas con tinet, quæ nulli communicari possunt, perfectiones.

**2 1**

c S Th. p. 2.  
q. 2. 2. 8.

O bone omnipotens, fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Nihil enim potest quietare voluntatem nostram, nisi bonum uniuersale: bonum autem uniuersale, non inuenitur in aliquo, sed solum in Deo; omniseniens creatura, etiam collectiæ sumpta, bonitatem habet participatum: Solus igitur Deus quietare potest perfectè appetitum nostrum; nihil enim appetendum relinquere extra se, qui solus omnia continet. Si igitur solus Deus ultimus finis noster, solus etiam verum nostrum bonum. Hoc bonum tibi querendum d' Anima.

**2 2**

d Ang. in ps  
127.

Nā si Deus veniens, voce propria loqueretur nobis, & dicceret tibi: Pete quod vis. Peccare vis? pecca. Fac quicquid te delectat; Quicquid amaueris in terra, tuum fiat: cui fueris iratus, intereat: quem rapere volueris, rapiatur: quem in cädere, cädatur, quem damnare, damnetur: quem possidere possideas: Nemo tibi resistat, nemo tibi dicat, Quid facis? nemo. Noli facere, quod velis: nemo, Quare fecisti? Abundent tibi omnia ista terrena, quæ concupisti, & viue in illis, non usque ad tempus; sed semper; faciem autem meā nunquam videbis. Eleres, gemeres, si laperes, & bonum tuum querens responderes, Immō tollantur hæc omnia, & faciem ruam videam.

**2 3**

e Aug. in-  
P. 34.

\* Et si tibi Imperator diceret, Pete quod vis: quostribunatus, comitatusque eructares? quanta tibi proponeres, & accipiendas, & alijs

# LIB. PRIMVS CAP. VII.

alijs largienda? Deo tibi dicente, Pete quod vis, quid petiturus es? excute mente m tuam, exere avaritiam tuam, prætende que-  
rum potes, & dilata cupiditatem tuam; non quicumque, sed om-  
nipotens Deus dixit tibi, Pete quod vis. Si possessionis es ama-  
tor, desideraturus es totam terram, ut omnes qui nascuntur, co-  
loni tui aut serui tui sint. Et quid, cum totam terram, & om-  
nes homines possederis? Mare petiturus es, in quo tamen viuere  
non poteris, & in hac avaritia te pisces superabunt: sed forte  
infulas possidebis. Transcende hæc; pete, & aerem, quamuis vo-  
lare non possis. Porrigere cupiditatem tuam usque ad Cœlum, dic  
tum esse Solem, Lunam, Stellas; quia ille quifecit omnia, di-  
xit, Pete quod vis. Tamen nihil inuenies carius, quam ipsum  
qui fecit omnia. Ipsum pete, qui fecit, & in illo, et ab illo ha-  
bebis omnia, quæ fecit; et nihil magis vult dare, quam se. Si aliud  
inuenieris melius, pete. Si alia petieris, iniuriam facis illi, et dam-  
num tibi, præponendo illi quod fecit, cum velit se ipsum dare,  
qui fecit. Omnia cara sunt, quia omnia pulchra, omnia bona;  
Sed quid illo pulchrius est, qui est pulchritudo pulchrorum om-  
nia? bonum bonorum omnium, in quo bona omnia?

Quærant ergo sibi alij delectationes & voluptates suas;  
ego vero delectabor in Domino: eligant sibi qui volunt, quod  
vident, & possideant; mihi autem adhærere Deo bonum est,  
Exponere in Domino Deo meo spem meam. <sup>a</sup> Faciat sibi par-  
tes de rebus genus humanum; eligant alij militiam, alij aduoca-  
tioneim, alij diuersas, variasque doctrinas, alij negotiationem,  
alij voluptates omnimas, alij regna & imperia. Quid mihi  
est in cœlo, & a Deo quid volui super terram? Deus cordis mei  
& pars mea Deus in æternum, in æternum & ultra. <sup>b</sup> Funes  
cediderunt mihi in præclaris; in Deo enim omnia præclara, ex-  
tra Deum, præclarum est nihil.

<sup>c</sup> Bone Iesu, qui te vocas sponsū animæ meæ, fornicatur ani-  
ma mea cum auertitur abs te, & quærit extra te, quæ pura, & li-  
quida non inuenit, nisi cum reddit ad te. <sup>d</sup> Vah animæ auda-  
ci, quæ speravit, si a te recessisset, aliquid se melius habituram.  
Versa, & reuersa, in tergum, & in latera, & in ventrem; & dura-  
sunt omnia, & tu solus requies. <sup>e</sup> Cur ergo per multa vagaris  
homuncio, quærendo bona animæ tuae, & corporis tui? Ama  
vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit; desidera sim-  
plex bonum, quod est omne bonum, & satis est. <sup>f</sup> Erige te ad  
illud, noli desperare, noli dicere, multum est a me. Magis mul-

24

<sup>a</sup> August. lib. 34.

<sup>b</sup> PL. 15.

25

<sup>c</sup> Aug. lili. 2.

<sup>d</sup> conf. c. 6

<sup>e</sup> August. in

Manuali c.

34.

<sup>f</sup> August. in  
lib. de Spiritu, & Anima

<sup>f</sup> August. in  
PL. 32.

## 12 ETHICÆ CHRISTIANÆ

tum est a te habere aurum, & quodcunque aliud, quod petieris. Aurum, aut aliud, et si volueris, forte non habebis; Deum cum volueris, habebis; quia & antequam velis, venit ad te; & cùr auerfa voluntate essem, vocauit te; & cum conuersus essem, terruit te; & cum territus confitereris, consolatus est te.

26

a August. in  
¶ 32.

<sup>b Bernar de</sup>  
<sup>diligendo Deo</sup>

Beatus, inquis, cuius est illa villa, cuius est domus ista, cuius est ager iste, qui illo potitur regno, vel imperio: compescere cōpelce iniquitatem, audi veritatem. Beata, & sola beata gens, cuius Dominus Deus eius, quia sola verè possidet bonum suum. O si tibi licet experimentum capere de creatis omnibus, & gustare omnia, quam subito, <sup>b</sup> obtentis omnibus & contemptis, ad illum consigeres, qui solus decesserit, omnium Deus. Porro ibi quiesceres, & dices; Hæc requies mea: Bonum est, & solum bonum meum, hic esse in seculum seculi. Sed quando tibi non licet experiri omnia, rationi crede, expertis crede. Creatæ, & emnia, quæ à Deo produci possunt, etiam simul accepta, non sunt usquequaque perfecta, sed infinitis, quæ Deo sunt propriæ, carent perfectionibus; non igitur explore possunt appetitum tuum, nam semper alia extra se refinquent appetenda.

27

c Ecclesiast.  
c. 2.

Audi expertum, <sup>c</sup> qui quæcumque desiderauerunt oculi ipsius, non negauit eis. In omnibus, ait, reperi vanitatem, & afflictionem spiritus: omnia vanitas. Ad Deum igitur conuersus, dic cum alijs expertis: In te cantatio mea semper, Deus vita meæ, Deus cordis mei, vita animæ meæ, portio mea, pars

d August. I.  
13. conf. c. 30.

hæreditatis meæ, Deus meus & omnia. <sup>d</sup> Hoc tantum scio, quia male mihi est præter te, non solum extra me, sed etiam in me ipso. Et omnis mihi copia, quæ Deus meus non est, egestas

e Aug. lib. 4  
conf. c. 32.

est, <sup>e</sup> Noli esse vana anima mea, & obmutescere in aure cordis tui, tumultu vanitatis tuæ. Audi & tu; Verbum ipsum clamat, vt redeas, & ibi est locus quietis imperturbabilis, ubi non defiritur amator, si ipse non deserat. Ecce illa discedunt, & alia succedunt, vt omnibus suis partibus constet infirma vniuersitas. Numquid ego aliquò discedo? ait Verbum Dei. Ibi fige, mansionem tuam, ibi commenda quidquid inde habes anima mea, saltem fatigata, fatigata fallacijs.



Quid.

## Quid verè Pulchrum. Cap. VIII.

**P**ulchrum est; Quod per sui cognitionem delectat. Quid maximè pulchrum? nisi Quod maxime per suam cognitionem, & perfectè reddit felicem cognoscenciam.<sup>b</sup> Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum; & verè essentia Beatitudinis in actu intellectus consistit: Si visio Dei, perfecta, & summa beatitudo videntis est; ergo in solo Deo, vera, & absolu-  
tissima est pulchritudo.<sup>c</sup> Si Deum quæsieris, pulchritudinem ipsam quæres; & si Deum percipere poteris, pulchritum quoque, bonumque percipies, fulgens omnibus.<sup>d</sup> Hæc unica salus hominis, cognitione Dei.<sup>e</sup> Quem qui cognoscit, bonis resertus omnibus, cum primum diuinam prægustauerit visionem, obliuionis omnia reliqua tradit.<sup>f</sup> O illa visio sancta, & spectaculū pulchrum. Angeli Dei semper vident faciem eius, & tamen semper videntes, semper desiderant in illam prospicere, & semper bibentes de torrente voluptatis, ex propria illa manantis, semper ardentius factiunt. Quid pulchrius illo, in quo non inuenitur aliquid fecidi? quid pulchrius illo, cui nulla deest, quæ desiderari potest pulchritudo? O pulchritudo non cognita, ideo contempta.<sup>g</sup> Ecce tu pulcher es dilecte mi, electus ex nullibus; & quia pulcher totus, totus etiam es desiderabilis; & quia nulla tibi deest pulchritudo, qui vident te, priuantur libertate, nam facere non possunt, quin ament te: nulla enim extra te potest illis obijci pulchritudo, quæ illos retrahat à te, cum omnis omnino pulchritudo, perfectissimo modo reperiatur in te.

Quam verè tu Deus absconditus: sed cur faciem tuam abscondis?<sup>h</sup> pulcherrinè, & fortissime? Ostende, ostende nobis faciem tuam decoram, matrem pulchræ dilectionis, & salui erimus, quia in te peccare non poterimus, quando te necessitate amare cogemur.<sup>i</sup> Mirantur hæc, diligunt hæc, quia te non vident. Mundus te non cognoscit, ideo contemnit. Ostende mihi pulchritudo mea sancta, ostende mihi faciem tuam plenam gratiarum. Moriar, ne moriar ut eam videam. O pulchritudo pulchrorum omnium, vita vitarum, vita animarum, viuens te ipsa, & non mutaris; vita animæ meæ, quandiu latebis oculos animæ meæ? Anima mea quæsiuit te in huius seculi nocte; quæsiuit, & non inuenit;<sup>j</sup> Adiuro vos filiæ Ierusalem, spiritus beatissimos, si inuenieritis dilectum meum, speciosum meum, formo-

28

<sup>a</sup> S. Th. p. p.  
q.5. art.4.<sup>b</sup> S. Th. p. 1.  
q.3 art.4.<sup>c</sup> Trismeg.  
Pyram. 6.<sup>d</sup> Idem 10.  
Pyram. 10.<sup>e</sup> Idem 9. Py-  
ram.<sup>f</sup> August. in  
pial. 38.<sup>g</sup> Cant. 5.

29

<sup>h</sup> Aug. lib. i.  
conf. 4.<sup>i</sup> Aug. lib. 4.  
conf. xxi.<sup>j</sup> Cant. 6. 2.

# 14. ETHICA CHRISTIANÆ

formosum meum, qui totus pulcher est, totus desiderabilis amicus meus; ut nunc etis ei, quia amore langueo, & pulchritudine lagueo.

3. o

<sup>a</sup> Aug. conf.  
l. x. c. 97.

<sup>a</sup> Serò te cognoui pulchritudo tam antiqua, & tam noua, serò te cognoui, & ideo serò te amavi. Intus eras, & ego foras, & ibi te querebā, & in ista formosa qua fecisti, deformis irruerā. Ea me tenebat longe à te, qua si in te non essent, non essent. O tardum gaudium meum, latebas me tu, & ego ibam porrò longè à te, in plura, & plura, sterilia semina dolorum, superba deiectione, et inquieta laxitudine; flagasti, et splenduisti, et illuminasti cæxitatem meam. Veh cæxitati illi, quando te non cognoscetam, veh amori illi, quandote non amabam.

<sup>b</sup> Aug. conf.  
l. 4. c. xij.  
<sup>c</sup> Idemib. 2.  
conf. 6. 6.

O homines, stulti, et cæci, <sup>b</sup> quod iris in aspera, quod itis? si queritis, querite; verum pulchrum queritis, sed ibi non est ubi queritis. <sup>c</sup> Interrogate, interrogate mundi molem, de pulchro vestro, de pulchro vero; et respōdebit vobis, Non sum ego, non sum; quia in me plurima foeda; sed ille, qui me fecit, ipse est pulchritudo vera, et macula non est in illo, in quo sunt omnia pulchra. Et, si vobis tam pulchra videntur, qua fecit, quam pulcher erit, qui fecit? <sup>d</sup> non enim fecit, & abiit, sed ex ipso & in ipso sunt omnia, qua fecit, et infinites infinita, que non fecit. O pulchritudo non cognita, ideo contempta.

<sup>d</sup> Aug. lib. 4.  
conf. xii.

3. i

<sup>e</sup> Petr. ep. 2.  
c. 1.

Pulchrum visum, quamdiu pulchrius non apparet, tenet oculos nostros; sed si superueniat pulchrius illo, statim à pulchriore rapiuntur oculi. Miraris Sydera, quamdiu Sol non apparet, presente Sole non apparent Sydera. Heu heu, nos miseris cœcos, in terra cœcorum, <sup>e</sup> et caliginoso loco degentes; quia lumen veritatis non lucet nobis, quia Sol iustitiae, et verè pulchritudinis, non apparet nobis, sed solum datur videre illum (et à quam rara hora, et parua mora) solum datur videre Sollem, verè solum, <sup>f</sup> per speculum in enigmate; Quid mirum si rapiant scintille, in tenebris ambulantes, absente Sole? sed quamdiu in umbra sumus mortis, <sup>g</sup> et caliginoso loco, luceat lucerna eius, fides scilicet, & obscura saltē cognitio eius, super caput nostrum, et ad lumen eius ambulemus, in huius Aegypti tenebris. Maximam enim illi iniuriam facimus, si facimus, vi oculos nostros à splendore pulchritudinis illius, auertat aliquando carnis infirmitas. Magis enim rapere debet, et verè poterit, oculos mentis nostre, sepius in illum fixos, absconditus vultus eius, quam clara lux, et fulgor, totius pulchritudinis, non eius.

<sup>f</sup> Paul. 1.  
Cor. 13. 1.

<sup>g</sup> Petr. epist.  
2. c. 10.

<sup>h</sup> Trismeg. 7.  
Pythagor.

<sup>h</sup> Quod eritis mortales ebrij, qui merum ignorantie combibistis

bis, cum id fecerit nequitas, cu[m] omite. Oculis tuis inspici te. Quod si mirestis potestis omnes, latentes, qui possunt, id agere. Ignorans ne potestis, atque non temere subueris animamq[ue] corruptum corporis vincis inclusam, neque finit eam fatigates alescere. Ne permitte, vos in lacum corruptionis mortis que submergit respirote iam, respicite, ad forsan in vita recurrere. Aliusque, qui vos introducat in adiunctorum veritatis, capescite. Ibi fulgidum lumen, nullis immanis tenebris. Ibi pulchrum synecnum, integrum, parum, simplex, ipsum secundum se pulchrum diuinum.<sup>a</sup> Sed sola mens eam presipdit, sola mens praedictae. In primis autem op[er]tis vos, vestre, quae circumferuntis, quantum potestis, exihere, corpus vestri non videlicet, indu-  
mentum insexisse, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, sensuum cadaver, sepulcherum circuarietile, domesticum denique furem; qui dum blanditur, odit, dum odit, inuidet. Huiuscmodi est, quae circumferuntis, umbrae vobis impiecum. Ad se ipsum vos deo-  
rsum rapiat, ne forte circuantes veritatis decorum, ac  
verum bonum, ipsius oderitis prauitatem, infidiasque, quas af-  
fidue in vos machinatur, perientias. Hoc aciem interiorum  
sensuum hebetat et obtundit, ac abominabili, fastidiosa que-  
citat voluptate: ne audiatis inquam, neque perspiciat ea,  
que iure et audiendo sunt, et in primis inspicienda.

a Plato in  
coniuic. c. 18

b Trismegis.  
Pyram.

### Quid maxime Pulchrum sensibile. Cap. IX.

**S**ensibile pulchrum, Quod per sui cognitionem sensibilem delectat: unde illi sensus præcipue respiciunt pulchrum, qui maxime cognoscuntur sunt scilicet Visus, & Auditus. Ob-  
coniunctionem autem, quam sensus nostri cum intellectu ha-  
bent, videntur etiam ipsi, non solos sensibilibus, sed etiam quo-  
dammodo in sensibilibus delectari, veluti sanctitate, sapientia,  
sanguinis claritate, ingenij perspicacitate, animi magnitudine,  
modestia, prudentia, ceterarumq[ue] virtutum et[er]nū; ac præcipue  
nitore quadam, & gratia, quæ in quolibet exercendo opere, ni-  
mis male, elueet, ac emicat, omniumq[ue] in oculis est. Non  
enim sola membra v[er]a figura cum colorum suavitate co-  
iuncta, rapit oculos ad se[ns]e nostros, verum experimur etiam, si  
religiosus aliquis vir, aut doctus, aut alijs, vel natura donis, vel

33

c S. Thop. 2.  
q. 27. art. 1.

d Cic. Tusc.  
lib. 3.

# 16. ETHICÆ CHRISTIANÆ

virtutibus præstans aduentat : statim ad se nos trahere oculos, illosq; cum quadam animi voluptate tenere, licet exteroqui, vel membrorum proportione, vel colorum suavitate ; sit omnino dæstitutus.

34

Plurima autem ad perfectam pulchritudinem sensibilem requirunt sensus nostris ita iure appellantur insatiabiles ; & verè non satietur oculus visu, nec auris auditu, licet omnia quæcūq; desiderant in hac vita, non denegentur eis . Ex quo patet, nullum hic verè pulchrum, ex sensibilibus, sed illud nomine pulchritudinari, quod pauciora habet ad mista foeda : certum enim est, pulcherrimo cui libet, plura deesse, quam aedes ex ijs, quæ veram pulchritudinem constituant . Solus speciosus fortia p̄filijs hominum, Mariæ filius, quæ homo est, numeris omnibus absolutam sensibilem continent pulchritudinem , utpote qui omnibus naturæ , & gratia perfectissimè ornatus donis, alia etiam naturaliter omnem crætam excedentia , continet maxima . Si enim à finibus tertæ venit Regina Saba audire sapientiam Salomonis; ecce plus quam Salomon hic, in quo sunt omnes thesauri sapientiaz, & scientiaz Dei . Quis ditor illo, cui dedit omnia Deus Pater in manus ? Quis fortior Ie. i. qui mundū ipsum vicit, & mortem nostram moriendo destruxit , iterque facientibus illi validissimis cælimilitibus , cælos ipsos penetrauit & ad dexterā Patris collocatus , ab uniuersa fuit cælesti militia proclamatus Rex gloriæ, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio ?

35

Quid de eius regno, cuius non erit finis ? naturalis enim ipse Rex est non solum Hominum, sed etiam Angelorum ; vt in nomine eius omne genu flectatur , etiam Inferorum : adeo potens, ac ipse omnipotens Deus, ratione unionis hypostaticæ ; qua factum est, vt sicut homo dicitur Deus , ita dicatur etiam Omnipotens . Quid sanguine Christi clarius ? cuius si Patrem consideres , ab extero illum ordinatum intenes , & ex antiquis; quem Deus possedit in initio viarum suarum, primogenitū ante omnem crætaram, præcognitum non solum primum, sed etiam ordinatum caput Hominum , & Angelorum, ac finem omnium creaturarum . Religiosè enim dicendum , reuerenterq; est audiendum, quod propter hunc hominem, Iesum videbilem, gloria & honore coronandum, Deus omnia creauit . Si Matrem species, è clarissimis mundi Regibus , Pontificibus, & Sacerdotiis, gloriofa de stirpe David ertum repieres . Quot longissimas Christi

a Eccl. 1.

i. 1. 1. 1.

Christi fideles suscipiunt peregrinationes; ut sancti alicuius virtus ossa, vel cineres venerentur? quid autem sanctius illo,<sup>a</sup> in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter?<sup>b</sup> Et si Dona Sancti Spiritus, propriæ sunt perfectiores quedam potentiarum animæ, secundum quod natæ sunt mouetæ à Spiritu sancto & manifestum est, quod anima Christi perfectissimè à Spiritu Sancto mouebatur; manifestum etiam erit, excellentissimo modo in Christo fuisse Spiritus Sancti Dona.<sup>c</sup> Si Gratia gratis datæ, ordinantur ad fidei, ac spiritualis doctrinæ manifestationem; oportet enim eum, qui docet, habere eam, per quam sua doctrina manifestetur, aliâs sua doctrina esset inutilis: Spiritualis autem doctrinæ, ac fidei, primus & principalis doctor est Christus; necessariò dicendum, quod in Christo excellētissimæ fuerunt omnes gratia gratis datæ, sicut in primo & principali fidei doctore.

<sup>a</sup> Ad Coloss. 2.  
<sup>b</sup> S. Th. 3. p. 9.7. a. 5.

<sup>c</sup> S. Th. 3. p. 9.7. art. 7.

Quoniam autem alij Sancti mouentur à Deo, sicut instrumenta non coniuncta, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt, ad hos, vel illos actus efficiendos, ideoque in illis huiusmodi gratia diuiduntur. Christus autem in quantum diuinitati erat vnitus eius anima, plenam efficaciam habebat ad omnes aëris exteriore, fidei manifestatiuos perficiendos, non per modum transcendentis, sed permanentis; ideo perfectissimo modo in illo fuerunt omnes Gratia gratis datae.

36

Sed quis vñquam, etiam si linguis non hominum modo, sed etiam Angelorum loquatur, poterit Bone Iesu gratiam tuam, vel Vnionis hypostaticæ, vel, Sanctificantem explicare?<sup>d</sup> Illam enim constat esse infinitam, secundum quod ipsa Persona Verbi, cum qua tua vnitur humana natura, est infinita: Gratia vero sanctificans habitualis, licet in quantum ens, sit finita, vt potest subiecta in Anima tua Sanctissima, quam vt ens creatum, habet capacitatem determinatam & finitam; esse autem gratia cum non excedat sui subiecti capacitatem, non potest esse infinitum. Si tamen consideretur hæc tua gratia, secundum propriam rationem gratiae, vt sic, merito vocari poterit infinita, eò quod non limitetur, sed habeat quicquid potest pertinere ad rationem gratiae, nec detur, tibi secundum aliquam certam mensuram id, quod ad rationem gratiae pertinet: consertur enim Animæ tuae (secundum propositum Dei, cuius est gratiam mensurare) sicut cuidam vniuersali principio gratificationis in humana natura.

<sup>d</sup> S. Th. 3. p. 9.7. a. 11.

Et quis dubitet gratiam tuam appellare infinitam, quando verè tanta est, vt crescere non possit, neque ratione subiecti, quia

<sup>e</sup> S. Th. 3. p. 9.7. art. 12.

iam es in termino, & a tua cōceptione in illo semper fuisti, quia semper comprehensor et beatus: nec etiam ratione forme, quia mensura vni cuique forme prefigitur, per comparationem ad futuram suam; at finis gratia est unio creature rationalis ad Deum; non potest autem esse, nec intelligi unio maior, quam, que est in Persona. Cum igitur tua rationalis natura, Verbo ipsi diuino sit perfectissimè, et hypostaticè unita; quomodo poterit tua gratia crescere, quando iam ad summam peruenit mensuram:

*Verum formosissime et pulcherrime licet hec omnia, que te omnino speciosissimum reddunt, aliquo modo pertingant ad sensus nostros; non tamen sunt propria et proxima illorum obiecta.* Ostende igitur nobis faciem tuam, sonet vox tua in auribus nostris, vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

*Quam dulcis vox, et decora facies Christi*

*in mortali corpori, et in mortali locutione, et in mortali sensu, et in mortali sententia, et in mortali affectu, et in mortali sentimento.*

39

*Vistue vocis dulcedinem, exprimere verbis poterit dals* cōfessio nūs. *Dicant et doceant nos, quād illam meruerunt audire, quād verē magna diffusa gratia in labijs tuis.* Excepit aliquando sonum illius sponsa sanctissima, *et Anima ipsius liquefacta est, ut tu dilectus eius locutus es.* Euangeli stae Matthēo visus es loqui tanquam potestatē habens. Apostolorum princeps, *Verba te dixit vipe eterne habere.* Alij discipuli, *Te virum potentem in sermone predicauit.* Sateellites, qui venerant ut te comprehendenderent, verborum tuorum dulcedine mites effecti, feritate orani deposita, non modo in te manus iniucere non sunt ausi; verum de te preclarum illud reddiderunt testimonium, *Numquam sic locutus est homo. Quid mirum, si Virgo Agnes prudentissima, lac, et mel ex ore tuo, in se fateatur confluxisse; quando & labia tua erant florida, & verborum suavitate plena.* Diffusa ergo iure merito dicitur gratia in labijs tuis; fac me, quād te audire aliquando vocem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Sed respice o Anima mea, respice in faciem Christi tui.

*An corpori illi potuit deesse integritas, & proportio membrorum, vel colorum suavitatis, quod de Spiritu Sancto conceptum, optimā erat humorum complexione, numerisq; omnibus absolutū, opus immediatum manū Dei, & subiectum aptissimum parabat.*

40

*h Sua de*  
*In carnal. dip.*  
*32. festa.*

*g Nicepho-*  
*rus 1.2.c.7.*

rabatur, in quo Anima omniū pulcherrimā hypostaticē diuino Verbo vñita, reciperetur? Immo quod hypostaticē eidem Verbo vñitum erat, & non modo diuinum, sed etiam Deus poterat, adhuc ab anima separatum in triduo appellari. \* Latebat quidē Diuinitas, sed igneum quiddam, atq; Sydereum radiabat ex oculis eius, & Diuinitatis maiestas lucebat in facie.

<sup>a Hieronym.</sup>  
b. 3. in Mat.  
c. 12.

Quod si filij, natura similes parentibus esse solent; persimilis sanè per omnia fuit Christus Dominus diuinissimæ, & immaculatæ suæ genitrici; immo tantò matte pulchrior, quantò Sol lucidior Luna, quæ lumen à Sole mutuatur. Si tanta ergo Deipara pulchritudo & maiestas fuit, dum vitam hanc mortalem duceret; vt ad illam ductus inter priscos Patres sapientissimus, dixerit, ad Apostolum scribens: <sup>b</sup> Cum duxtus fui ad conspectum Virginis Mariæ, tantus me immensus diuinus splendor circumfusus exterior, & plenius irradiauit interior, tanta etiam in me, omnium odoramentorum superabundauit fragrancia; vt nec corpus infelix, nec spiritus posset tantæ felicitatis insignia sustinere. Testor Deum, qui aderat in Virgine, si tua diuina eloquia me non docuissent, hanc Deum verum esse credidisse. Si hæc Stellam videns, quomodo exclamasset, quando illi Solem ipsum intueri contigisset? Non insultè æthnicus sapiens, <sup>c</sup> Regnum absque satellitio, appellauit Pulchritudinem. Illam equidem emisisset credo vocem Dionysius, intuitus Christum, Speciem tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Regnet omnino in corde meo Bone Iesu vultus tui decor, & pulchritudo; Facies enim tua <sup>d</sup> verè flos campi, vniuersitatis videlicet creaturarum: quippe cui nulla prorsus desit gratia; cù tamen in creatis reliquis, plures desiderentur, per paucæ reperiantur, & sola <sup>e</sup> gratia, quæ ex oculis tuis suffauescitibus promanat misifica, beatos efficere posset oculos meos, si te, illis perspicere datum esset. <sup>f</sup> Abagarus toparcha eo, quo in Christū tenebatur desiderio percussum, pictorem eximium ad eum misit, eq; vt diligenter & accurate faciem eius in picturā effingeret, imaginemq; pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et Ille quidem venit, atq; in loco sublimiore stans, pingere Christi vultum, vt decebat, conabantur; sed cæptum opus non successit; diuinus quippe splendor, & gratia in vultu eius corruscans, impedimento erat.

<sup>b</sup> Dionysius  
Areop.

<sup>c</sup> Democritus.

<sup>d</sup> Cast. 2.

<sup>e</sup> Niccepho.  
Ecclesiast. 1. 2  
c. 7.

<sup>f</sup> Idem Ni-  
ceph. ibidem.

# 29 ETHICÆ CHRISTIANÆ

De eisdem sensibili Christi Pulchritudine  
Cap. XI.

42

**a Cant.**

**b Renel. S.  
Brig. I. c. 10.**

**c Aug. in Psal. 145.**

**d Renel. S.  
Brig. I. 4. c. 70.**

43

**e Hieronymus  
Epist. 140.**

44

**f Luca 8.**

**g Io. 12.**

**O** pulcherrimi filii, pulcherissima mater, & Virgo, Tu quia melius nemo, speciem filij tui cognovit, & comprehendit, <sup>a</sup> indica nobis qualis erat dilectus tuus sex dilectio, ut amem museum tecum? <sup>b</sup> Cum conspicerem; & considerarem; inquit ipsa, pulchritudinem filij mei adhuc in terra mortalis; anima mea quasi toroem, pra& gaudio stillabat. Sed audi planius incaute adolescentis, qui pulchras venatis formas, & desideriorum varietate verberatus, portas glagas satiatus, diuisus per amores plurimos, duin in ista formata, quæ videntur, licet plurima habeant admista seada, te tamen quotidie immixtis audi, & oculis, quibus potes, vultum illum intuerem, quo etiam Angeli Sancti maximè oblectantur. Audi quid de filio vitam hanc ducente, Maria. <sup>c</sup> Filius meus tam pulcher facie erat, quod nullus eius faciem videbat, quin consolaretur, etiam si præcordialiter dolorem haberet. Iusti quidem spirituali consolatione consolabantur, sed mali à tristitia seculi tanto tempore, quo eum videbant, releuabantur. Vnde & dolentes dicere solebant, Eamus, & filium Mariæ videamus, ut saltem tanto tempore subleuemur.

Nunc intelligo, cur vnam audientes Seruatoris vocem i. Sequere me. Venite post me, continuo tot Apostoli, & discipuli, relictis omnibus sequerentur illum, non breui aliquo tempore, sed quousq. pro illo, vitam cū sanguine funderent. <sup>d</sup> Nisi enim habuisset in vultu quiddam, oculisq; Sydereum, nunquam eum statim fecuti suissent Apostoli.

Nunc cogitatione assequor, quod propemodum incredibile videbatur, cur tot hominum millia, vna cum multis iudice maxima mulierum & puerorum, semper, postquam se mundo manifestauit, exhibuitq; spectandum, sequerentur Iesum, itaut penè <sup>e</sup> turbæ eum comprimerent, & cogeretur natum aliquando descendere, ac de nauicula docere turbas in lictore stantes, & totus mundus post eum abire diceretur: Immo, quod fidem videtur excedere omnam, sponte vacuas incolis relinquenter ciuitates, & oppida, vt per deserta, ac solitudines sequerentur Christum, oblitio non solum reliquarum omnium rerum, verum etiam

etiam propriae incolumitatis ac vita. Quid enim, per Deum immortalem, vult sibi vox illa Seruatoris in turbis in deserto: <sup>a</sup> Ecce iam triduo sustinenter me, nec habent quod manducant? ita ut ob cibi penuriam, iam ad interitum propinquarent, sed dimisero eos ieiunos, deficient in via. Nec tamen ex tot missibus vestris, de reditu cogitauit, vel discessu. Quod hospitium tam multos excipiebat? in quo, triduo, tanta hominum multitudo occupabatur? <sup>b</sup> Adhuc erant nimirum ei, affatu pariter, & aspectu eius delectati, cuius nimirum vox suavis est, & facies decora. Talis enim est, quem nos sequimur, cui nos inhæremus: In quem non solum populi, sed etiam ipsi Angeli sancti desiderant prospicere. Sustinuerunt igitur eum triduo turbæ in deserto, affatu pariter, & aspectu eius delectatæ, longèque diuinus cum Christo mansissent; immo cum Petro dixissent, faciamus hic tabernacula, Bonum est noshic esse; nisi illas, speciosissimus Dominus dimisisset, atque ad propria redire compulisset. <sup>c</sup> Sic enim erat (vt Mater ipsius testatur) Vilis, & Locutio eius mirabilis, & acceptabilis; vt etiam tribulati dicerent. Eamus ad filium Mariæ, vt possimus consolari.

Stabat ad monumentum aliquando Magdalena plorans, quia sublatum credebat corpus exanime Christi: Cum ecce tibi duo Angeli in albis vestibus, & iucundissimo conspectu, vt Domini Resurrectio exigebat; ante ipsam subsistunt, atq; illam primi alloquuntur, <sup>d</sup> mulier quid ploras? quasi dicerent, Nouimus te pulchris, formosissimis à pueritia delectari solitam: quid pulchrius vel vidisti vñquam, vel aliquando te visuram speras, pulchritudine, ac specie Angelorum? Ita ne vero? Præ oculis habes, & inuenieras tibi est Angelicos vultus, & tamen doloris tenebrae è tuo pectore nondum euaneantur, sed adhuc ploras? Mulier quid ploras? Heu heu me miseram Magdalena exceptit. <sup>e</sup> Ipsas quoq; Angelicas fastidio species; nam & ipsas longè superat specie sua & pulchritudine sua Iesus meus. Immò corpus ipsū exanime pulcherrimi Iesu, licet aliud nihil in illo videatur, quam <sup>f</sup> vulnus, & liuor, & plaga tumens, sputis, terra, sanguine deturpatum; longè pulchrius est, & formosius ipsa specie Angelorum: idcirco ipsas etiam Angelicas fastidio species, & ploro irremediabilibus lacrymis, quia tulerunt Dominum meum.

<sup>a</sup> Marc. 8.<sup>b</sup> S. Beroardus Serm. I. in Fettu. omnia 55.<sup>c</sup> Renel. S. Brigitt lib. 4. c. 70.

45

<sup>d</sup> Bernard. Serm. super Cant.<sup>e</sup> Ida.

## Quid Christus Gloriosus. Cap. XII.

46

a Cap. 8.

**Q**uis mihi det te fratrem meum fugientem vbera matris meæ Mariæ, vt inueniam te foris, extra huius scilicet mortalitatis carcerem, & deosculer te, & amplexar te, & nemo amplius me despiciet; immo ex tunc beatum me dicent, omnes generationes. Appella-  
stite beatum Apostole Petre, quando pulchritudinem lumi-  
nosi corporis Iesu intueri fas tibi fuit, cum resplenduit facies  
eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut  
nix: vidisti enim & clamasti, Bonum est nos hic esse, faciamus  
hic tria tabernacula: sed malum, non bonum tibi, si quod  
petebas impetrasses; radio enim uno contentus diuinae lucis,  
non omnibus nunc, quæ ex vultu Christi gloriose, verè patre  
luminum sensibilium promanant, fruereris luminibus. Corpo-  
ris enim Christi mortalis <sup>b</sup> absconditus vultus, sed reuelata  
omnino facie, in caelo gloriosum se ostendit beatis. Aliud  
enim non habent præcipuum, ac præstantius sensus beatorum  
obiectum beatificum, quam corpus Christi gloriosum, quod  
etiam futurum est, pulchritudinis omnium corporum beato-  
rum exemplar, vt de eius plenitudine, omnia sint in vniuer-  
sali resurrectione susceptura. Et quemadmodum Deus, Bo-  
num bonorum omnium, pulchritudo pulchrorum omnium;  
iure dicitur; quia verè entium omnium, etiam illorum quæ pos-  
sunt existere infinitorum, continet in se eminentissimo modo  
pulchritudines & bonitates: ita (cum proportione tamen)  
Corpus Christi gloriosum, pulchritudo pulchrorum omnium  
sensibilium dici potest; quoniam sensibilem omnium pul-  
chritudines perfectissimo modo in illo continentur. Cum enim  
sit veluti obiectum beatificum sensuum beatorum, debet ita  
pulchritudines omnes sensibiles continere, vt nullum extra  
ipsum, sensibile pulchrum, sensibus beatorum appetendum  
relinquatur.

47

d Ang. lib.

e confes. c.

4.

e Christof.

epist. 5. ad

Theod. laps.

<sup>a</sup> Sed quid dicimus Iesu bone, vita mea, dulcedo mea san-  
cta, aut quid dicit aliquis cum de te dicit? si de te nihil sa-  
tis idoneum dici potest, adeo sermonem, & mentem omnem  
excedit, tua Pulchritudo, Formositas, Splendor, Maiestas,  
Magnificentia. Et si facies tua mortalis tam pulchra & deco-  
ra

ra erat, vt nullus eam videret, quin consolaretur, etiam si præcordialiter dolorem haberet: quid erit videre nunc vulturnum, vulturn perennis gloriae. Noli igitur, noli quæso abscondere à me faciem tuam. <sup>b</sup> Si enim unius mulierculæ species, felix reddidit bellum & mortem; vt exclamauerit Rex ille, Bellum, quod propter tam pulchram mulierem fit, est felicissimum: & Holofernis milites, pulchritudine visa Judith, <sup>c</sup> Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras habent mulieres, vt non pro eis merito pugnare debeamus. Si species turpissima, innumera habens admissa fœda, digna iudicatur, pro qua tot homines vitam profundant in bello; quod bellum, quæ tormenta, quæ cædes, nobis non dulcissimæ videbuntur, vt te affequamur ò pulchritudo vera, pulchritudo sancta, pulchritudo, quæ sola beatos effice potes sensus nostros, species Christi: <sup>d</sup> Si quotidie foret infinites moriendum, serendum tamen esset, præterea gehænam, tormentaque omnia conuenit sustinere; vt videre queas Christum in gloria sua. Ita sapias, qui pulchra se faris, vt sanum sapias. Abnus? Ego vero cum Ignatio, nihil de his, quæ videntur desiderans vt Christum inueniam, exultans in solo Iesu meo, cantabo & psallam illi in gloria mea dicens. <sup>e</sup> Ignis, Crux, Bestia, Confractio ossium, Membrorum diuiso, & totius corporis contritio, & tota denique tormenta Diaboli in me veniant, tantum Christo fruar.

Pulchritudo diuina inuisibilis, pulchritudo verè pulchrorum omnium, & pulchritudo maxima: Sed & animalis homo, qui sensibus ducitur, non poterat ea, quæ sunt spiritus percipere, & ipsa etiam cogitatione, complecti minime valebat spiritualem Dei pulchritudinem. <sup>f</sup> Hæc igitur præcipua inuisibili Deo fuit causa, quæd voluit in carne videri, & cum hominibus homo connexari, vt carnalium videlicet, qui nisi carnaliter amare non poterant, cunctas primò ad suæ carnis salutarem, amorem, affectiones retraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualem. Non itaque dicitur vobis ò turpissimæ pulchritudinis amatores, vt nihil ametis: Amate, amate, sed quid ametis, videte: Si quid pulchrius inueneritis vultu illo, in quo sunt deliciae Angelorum, si quid dulcius audieritis voce illius, cuius labia sunt, fauns distillans; eligit.

<sup>m</sup>Sponsus procedit, amemus eum, aut si inuenerimus in illo aliquid feedi, non amemus eum. Ecce ipse inuenit in nobis multa fœda & amauit nos, & sic dilexit nos, vt traderet semet-

a Reuel. S.  
Brigit.lib.4.  
c. 70.

b Homer.de  
Punio.

c Judith.  
c. 10.

d Chrysost.  
ad Theod.  
lapsum.

e Psal. 107.  
f Epist. ad  
Rom.

47

g P. Cor. a

h S. Bernar.  
super Cant.  
festm. 10.

i Bern. festm.  
20 in festiu.  
omn. ss.  
l Cant. 4.

48

m Augustia  
Psal. 44.

ipsum

ipsum pro nobis, ardens illa caritate qua maiorem nemo habet, ponens animam suam pro nobis inimicis suis. Licet igitur aliquid fœdi inueniremus in eo, adhuc amandus nobis esset: <sup>a</sup> nimis enim durus est animus, qui si amorem solebat impendere nolit rependere. Ego tamen cœcis amatoribus dicata: omnia quæ ad absolutissimam pulchritudinem requiruntur, colligite; & si non omnino perfectam inuenieritis speciem Christi, non amemus eum. Certo enim certius mihi est, nihil formositatis illi deesse posse, qui <sup>b</sup> totus est desiderabilis, & pulcher in cœlo, pulcher in terra, pulcher in utero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher invitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher depoñens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro (si enim intuearis causam cur talis factus est, & ibi pulcher est) pulcher in cœlo, pulcher in intellectu. Numquam oculos vestros à splendore tantæ pulchritudinis, auertat carnis infirmitas. <sup>c</sup> Utinam tu dulcescas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo felix & secura, colligens me à dispersione, in qua frustatum discissus sum, dum ab uno te vero & summo bono, ac perfecta pulchritudine auersus, in multa inania & falsa, misere euanui. <sup>d</sup> Tene manum dexteram meam, & in voluntate tua deduc me <sup>e</sup> in semitam mandatorum tuorum, in viam pacis, & veræ felicitatis meæ.

<sup>a</sup> S. Aug. de  
cœduzādis  
rud. c. 4. l. 4.

<sup>b</sup> Cant. 5.  
<sup>c</sup> Aug. in  
Ps. 44.

<sup>d</sup> Aug. lib  
a conf. c. 10.

<sup>e</sup> Ps. 72.  
<sup>f</sup> Ps. 118.

